



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas  
Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Psalmvs Decimvsnonvs, hebræis uicesimus, ad Victoriam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

In hoc ipsum, in fine, appellat dominū adiutorem suum ( quod heb; "ne Zuri, id est, petra mea dicitur) & redemptorem suum, non solum quod a peccatis & hypocritarum studijs redemerit, & eum in puræ fidei petrā posuerit, sed quod & perseverantem & uincenterum eum fecerit, aduersus uerbū aduersarios, data ei spiritus fiducia ad loquendū, Sicut Hieremiz primo dicit, Ne timeas a facie eorum, quia tecum ego sum, ut eruam te. Sic Actu. iiiij, orabant Apostoli, ut cum fiducia uerbum possent loqui, cōtra Iudeos, Et statim locus est motus, repleteq; spiritu sancto loquebantur cum fiducia.

Meditationem psal. i. & ix, abunde uidimus, Est enim exercitatio uerbi ad docendum parata, sicut infra dicitur psal. Os meum loqueretur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam, quare hic uel per Tautologiam idem generatur, uel alterum per alterum magis explicatur.

PSALMVS DECIMVS NONVS,  
hebræis uicesimus, ad Victoriam.

PSALMVS DAVID.

**E**XAUDIAT te dominus in die tribulationis protegat te nomen dei Iacob.

Hunc psalmum ferme omnes de Christo exponunt, mihi autem uidetur ea expositiō remotior esse, q; uel literalis dici possit. Vnde simpliciore & planiore sensu, psalmum arbitror esse litaniā quandam generalem pro magistratibus & ijs qui in sublimitate constituti sunt, pro quibus & Apostolus. i. Timot. i. Iuber primū omnīs orari, ut quietā & tranquillam uitam agamus. Et ut dicā, quod sentio, uidetur David, hūc psalmū addidisse, pro quodā religioso & sacro classico, quo se & populu animaret & formaret ad orandum & pie gerendum in re bellica, aduersus hostes pietatis, quales nos Turcas arbitramur.

Principes populū quales sint.

Totus aut̄ psalmus, per singulos ferme apices, hoc uult, ut principes populū, nullis præsumat uiribus, nullis confidat opibus, nullis nitatur suis consiliis, iuxta illud psal. xxxij. Non saluatur rex per multam uirtutē, & Gigas non saluabitur in multitudine uirtutis sua, fallax equus ad salutem. In abundantia autem uirtutis sua nō saluabit, sed de caelo expectet adiutorium, de caelo uenire sciat uictoriam, & in solo nomine domini speret, & oratione sicut Moses prægnat. Ita propheta simul orat & docet, necessariam fane doctrinam, quam rati obseruant principes. Minus enim effert bellorum & felicioris uictoria, si ad regulam huius psalmi in domino præsumerent, fortius orantes q; credentes, et sentient uere tum elohim, simulachra dei in terris & diuini principes, nec pugnarent, nisi uocati & coacti, iusta causa, in humilitate cordis. Ideo statim ordinatur psalmus: Exaudiat te dominus, principem sursum ducas in conspectum dei, ut huius consilio & auxilio agat, quicquid agit.

Pro populo multa patiā = se positos in sublimitate, pro salute populi, pro qua multa patientur & laborent, & sit principatus eorum, uere dies tribulationis eorum, neq; enim otiosi & uoluptuarii, qui propter seipsoſ tātum principiantur, digni sunt, pro quibus huc del

Orandum potius q; cedens dum.

Pro populo

In die tribulationis, Et hic monentur principes officium suum, ut sciant, se positos in sublimitate, pro salute populi, pro qua multa patientur & laborent, & sit principatus eorum, uere dies tribulationis eorum, neq; enim otiosi & uoluptuarii, qui propter seipsoſ tātum principiantur, digni sunt, pro quibus huc del

huc dei magnalia petantur, immo nec principes sunt, sed porci in volutbris suis, Qui autem ex animo populi salutem querit, nunc sine tribulatione erit, aduerabitur enim ei Satanus & totus orbis.

Protege te nomen dei Iacob, Non gladius, non clypeus, non thorax, nec alium aliud præter nomen dei, psal. xlviij. Nō enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non salutabit me, quomodo autem & quibus armis protegit nomē dei? Scilicet fide & inuocatio[n]e sui, sicut Iohel dicit: Omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit, Et Proverb. xviiij. Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currunt, & exaltabitur, sic enim inuisibili uirtute protegetur, seu exaltabitur, eadem enim hic & illi dictio est, qua magis exaltationem significat, q[uod] protectionem, Isaia, ix. Eleuabit dominus hostes Razin super eum. Pura erga fiducia in deum, opus est rectori populorum, ut nec praesumat in uiribus, nec desperet in impotentia sua. Idem est apud dominum, salvare in multititudine & in paucis, ut i. Regum. xiij. & ii. Paralippome. xiij. scribiur.

Aposite autem & tempestiu[m] dicit, Nomen dei Iacob, non Israel aut alio epithero, nomen dei commendans, Iacob enim a planta, supplantator dicitur, quod proprie ad aduersarios & diem tribulationis pertinet, ut per nomē dei, princeps populi protectus euadat, uictor & supplantator hostium suorum.

Mittat tibi auxilium de sancto,

Et de Zion tucatur te.

Pro, tucatur te, Hiero. Roboret te, Quod magis exprimit fiduciam & uirtutem cordis, qua, qui robustus fuerit, omnibus malis superior facile erit. Ab intus enim tuerit & roborat suos dominus. Contr., mundus ab extra se[nt]e tue[re]t, & roborat. Hoc est quod dicit, de sancto, & de Zion. Sanctum enim satis diximus, separatum, ab conditum, & inuisibile significare, ubi sensus non attingit, & ratio nihil comprehendit, ut de sancto sit, de cœlo, & de solo deo, qui in sancto habitat, quo pulchre fidei natura indicat, qua credit quod non uidet & expectat fortiter auxilium, nesciens tamen unde ueniat. Homo autem de prophano & eo, quod patet, auxilium petit & expectat, sed uana salus hominis.

Idem per repetitionem est, & de Zion roboret te, auxilio enim roboratur, ut repetita oratio & affectum augeat & certum auxilium promittat. Quid autem de Zion dicitur? utiq[ue] non de Aegypto, nec Babylone, pro suo enim tempore loquitur, cum dominus in Zion habitaret & coleretur, ac si dicat, Nō extra te curras, sed intra te robur domini expectes, ueniet si tu non discedas, roborabit, si nescieris roborari quereras, non enim fugientibus, sed fortiter expere[der]e, sed constanta & occursu, in fide nominis dei uincere. Sic enim deus, Tribulatio, quemlibet suum hominem tutatur ex ipsomet, non per auxilium hominum, Cuius rei exempla sunt, q[uod] populum Israel saepius liberavit, nullis in circuitu gentibus adiuuantibus, sed cunctis aduersantibus, sola presentia sui in Hierusalem & Zion per uerum cultum suū. Et quoties non de Zion, sed Aegypto aut Assyriis auxilium expectauerūt, toties ceciderunt, & baculo arūdineo innixi peius collisi sunt.

Nn ij Et uox

TIO  
um (quod heb. "r  
on solum quod a pie  
e fidei p[ro]p[ter]a posueri  
aduersus uerb[um] adua  
enim primo dicit, Ne  
sic Actu. iiiij, orabant  
lxos, Et statim locus  
exercitatio uerbi ad  
tenor sapientiam, &  
cologiam idem ge  
protegat te no

utem uidentur ea  
iore & planiore  
o magistratibus  
us i. Timor. i.  
mus. Et ut dicit,  
ligioso & facio  
pie gerendum  
ramur.  
nceps populo  
atur suis confu  
& Gigas non  
In abundantia  
de celo ueni  
cut Moles pu  
n, quam raf  
toriz, si ad re  
x, nec pu  
statim or  
onspectum  
ut sciant, se  
ur & labo  
nim otiosi  
ro quibus  
h[ab]e[re] del

Et vox de Zion, emphasis suam habet, Specula enim dicitur non tantum,  
q; nos per fidem speculemur seu praesentem deum habemus, sed quod & ipsius  
domini oculi super nos aperti sunt, sicut dicit psal. xxxiiij. Oculi domini su-  
per iustos, Et, xxxij. Firmabo super te oculos meos, Id quod olim super solam  
Zion, tunc electum sibi locum faciebat, Nunc Zion est totus orbis, ubique  
enim creditur in deum, ibi uideret & uidetur deus deorum in Zion, sicut &  
psal. iiiij. diximus, de lumine uultus domini super nos. Rechte autem uerius hie  
sequitur praecedentem, quia exaltari in nomine domini super hostes non co-  
tingit, nisi de celo roboretur cor principis, ut hoc uerius, uelut cauam & mo-  
dum reddat praecedentis uerius,

Memor sit omnis sacrificij tui,

Et holocaustum tuum pingue fiat.

Sela.

*Fide gratia eamur deo.* Et hic uerius Tautologicus est, quales ferme omnes huius psalmi sunt. Pre-  
dicti autem duo personam deo commendauerunt, que non nisi fide pura gra-  
tificatur in conspectu dei, his duobus sequentibus opera eius commendat, re-  
cto & pulchro ordine, sic enim respexit dominus prius ad Abel, & postea ad  
munera eius. Insuper hic uerius sacrificium, sequens consilia & studia comen-  
dat, ut prius sit facere & dicere, prius significare & petere. Multi enim dicunt,  
Domine domine, & non autem faciunt uoluntatem patris, immo contraria  
faciunt, ideo & oratio eorum fit in peccatum. Et uidemus hic non orari, nisi  
*Princeps impius non orat.* pro bono & pio principe, neq; enim impius orat, ut exaudiatur, neq; credit, ut  
de sancto roboretur, & si foris sacrificet opere seu simuler potius se sacrificare.  
At hunc suum principem non facit sacrificare, sed sacrificanti optima pre-  
tatur, nisi dixeris, q; sacrificium principis, sit commune populi quoq; in qua  
p; aliquid sunt, quorum precibus & ille postulet bonus & salutis fieri cum  
illis.

*Sacrificia in cantoribus a se institutis, quia sacrificium & holocaustum ritus Mosaici me-  
morat, que in noua lege abrogata sunt, non quod mala fuerint, sed quod im-  
pleta sunt per Christum, & fiduciam iustificationis praestabant superbis, Nihil  
enim peccaretur, si hodie, ritu codem, quisquam sacrificaret, modo id faceret,  
nulla fiducia iustitiae, aut necessitate conscientiae, libera enim & licita sunt om-  
nia, quae contra fidem non sunt.*

Non tamen ideo psalmus hodie & alijs orandus non est, sicut enim alia  
persona, alia causa, aliud tempus, aliis locus, in noua lege sunt, ita & aliud sa-  
crificium, eadem tamen fides & idem spiritus, per omnia secula, loca, opera,  
personas manent. Externa uariant, interna manet. Non enim in omnibus est  
unum opus, sed una fides, nec ubiq; unus seruus, sed unus dominus. Et diui-  
siones gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministracionum sunt, idem  
autem dñs, & diuisiones operationum sunt, idem autem deus, qui operatur omnia in  
omnibus. Sic, qui in Abraham circumcisionem uoluit, idem in nobis baptismum  
uoluit, eadem prouersus uoluntate, & in eadē prouersus nostra fide, diuersa tamē  
operatione, oportet enim Ecclesiam ab initio mundi altare Christo circunda-  
tam uarietatem, & dispensatricem esse multiformis gratia dei secundi diuersi-  
tatem membrorum, temporum, locorum & causarum, que mutabilia sunt &  
uaria, ipsa

dicitur non tam  
nus, sed quod & ipsi  
ij. Oculi domini lo  
od olim super solan  
totus orbis, ubique  
m' in Zion, sicut &  
etiam autem uerius hic  
per hostes non cor  
elut cauam & mo

Sela.

psalmi sunt. Pre  
fide pura gra  
commendat, re  
uel, & postea ad  
studia comen  
ti enim dicunt,  
mimo contraria  
non orari, nisi  
neq; credit, ut  
se sacrificare,  
optima prece  
quog; in quo  
us fieri cum

se orarent a  
Mosaici me  
ed quod im  
erbis, Nihil  
o id faceret,  
ta sunt om

t enim alia  
aliud sa  
ca, opera,  
inibus est  
s. Et diti  
unt, idem  
omnia in  
baptismū  
teria tame  
circunda  
diuersi  
a sint &  
aria, iplo

## IN SPALM V M XIX

49

uaria, ipsa tamen una semper eademque perseueret Ecclesia. *ad hanc dictum*  
Quod ergo nostrum sacrificium est: Aliquot seculis sacramentum panis & *sacrificium nostrum.*  
uini, pro sacrificio summo habitum est, sed impia (ut alias diximus) opinione:  
In noua enim lege, nec templum est, ut in Apocalypsi uisum est in noua ciuitate Hierusalem, nec sacrificium, quod Danielis. ix. defectum prædictum est.  
Sed nos ipsi sumus templum dei, ut Paulus. i. Corin. ij. docet, Ira sumus etiam *Templum & corporalibus tem*, plis & oblationibus figurata sunt. *sacrificium hoc tempore.*  
per misericordiam dei, ut exhibeat corpora uestra, hostiam uiuentem, san  
ctam, deo placentem, rationabile obsequium uestru. Varias autem sacrificio  
rum antiquorum interpretationes omitto, contentus duobus illis, quæ docet  
David psal. xlxi. Sacrificium laudis honorificabit me. psal. iiiij. Sacrificate sacrificia  
tua iustitiae, psal. l. Sacrificium deo, spiritus contribulatus. Ad idem Daniel. iiij.  
In anima contrita & spiritu humiliatis suscipiamur, sicut in milibus agnorum  
pianguum, sic fiat sacrificium nostrum hodie in conspectu tuo, ut placeat tibi,  
quoniam non est confusio confidentibus in te. Et Osee. xiii. Oinnem aufer  
iniquitatem & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum nostrorum. Heb.  
xiiij. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est, fructum la  
borum conuentum nomini eius. Et psal. cxv. Tibi sacrificabo hostiam la  
dis, & nomen domini inuocabo. Et. lin. Voluntarie sacrificabo tibi, & confite  
bor nomini tuo domine, quoniam bonu est, & his similia.

Sacrificium itaq; nostrum, quo in die tribulationis offerimus, cor cōtritum *Quo ingiter*  
est, & confessio peccati, hoc est, nos ipsi, in tribulatione ad deum gementes, *deo sacrificia*  
tribulationem iultam agnoscentes, patiēter ferentes nostri mortificationem, *candum.*  
in q; omnem uoluntatem dei nos offerētes, hoc enim signat uniuersus ille tu  
multus figurāli hostiarū, cum suis cadibus, sanguine, exuſtione, & similibus  
in lege Moysi preceptis. Ignis ille consumptor, ardor spiritus sancti est, diffun  
dens charitatē in cordibus nostris, quæ deuorat, quicquid est carnis & ueteris  
natuitatis in nobis, id quod est, holocaustum, id est, in totū igne cōsumptum,  
offerri, ut nobis mortui, deo uiuamus, & mēbra prius iniquitati seruientia, iu  
spiritu nunc seruant. Et in his omnibus, deo confiteamur, laudemus & gratias  
agamus. Ligna quibus ignis ille alitur uerba Euāgelij sunt. Cultri quibus ex  
duntur aīlia, uerba legis sunt, occidētia ueterem hominem, &, detracta pelle  
renuētatis, sup altare Christū imponētia. In fide em̄ Christi oīa fieri oportet.

Quid uero est, pingue fieri holocaustum? Sine dubio allegorice, plenum,  
delicatum, placitum ac iucundum significat. Pinguedo enim mysterio abūn*Pinguedo sa*  
dantia & iucunditatis seruit, Gen. xlxi. Aser pinguis panis eius & præbebit *crisicij.*  
delicias regibus, Sic psal. xvij. diximus, Adipem īmpiorum esse, proceres eorū,  
diuities, electos, & delicatos uoluptuarios. Sumitur scilicet allegoria ab usu ho  
minum, qui pinguis & benepastis pecudibus, ceu electoribus, delectant.  
Sic & psal. lxij. Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea, & labis exul  
tationis laudabit os meū. Inde in scripturis passim pinguis ager, pinguis mōs,  
quæ latine, letum & iucundū dicimus. Hebreæ autē dictio, hoc loco ambigua  
est, ut possit etiā sic transferri. Et holocaustū tuū incineret. Sela, Quod, ad ho  
locantū satis apte dicitur, potest autē utrung; simul accipi.

Sela quod in fine huius uerbi additū, quid sit, in superiorib; diximus, inditiss  
scilicet, cuiusdā insignis affectus occulti, per spiritū pro tpe excitatū sup pin  
guedine & incineratione holocausti huius, quæ nemo nouit, nisi qui accipit.

Nn. iii Tribuat tibi

Tribuat tibi scdm cor tuum, & omne consilium tuum confirmet.

Certe summe caendum, ne pro tyrannis & qui non nisi sua querunt, sic ore  
mus, nisi in hoc cum illis sentiamus, q nullus princeps, nō uelit sua flore &  
in pace abu ndare, cum propter pacem & bella geratur, & ita pro ciuii eorum  
**Bonus prin-**  
**ceps.** bonitate precemur. Magis tamen, pro bono principe intelligent orare, qui  
enim talis est, multis impetrat aduersarijs, pricipue ab illis ipsi malis tyran-  
nis indigeret, diuino auxilio, quo sua consilia & desideria contrarios imple-  
antur. Non enim pro tyranis, sed pro eo quem tyraani presumunt inique, oran-  
dum est. Necq filii Israe pro hostibus suis, sed pro David rege suo orabant, in  
debellandis aduersarijs laborante. Ita & nostri, illi Turci uora Martes, qui con-  
tra Turcas insaniunt, orationibus magis nitit deberent q uiribus, quod cum  
non faciant, sintq ipsi peiores Turcz, populum Christi ustantes, nescion  
fortius contra eos an contra Turcas orare debeamus. Certe, ut hodie res ha-  
bent, non modo pro Imperatore, Regibus & Principibus orari oportet, ut eo-  
rum cor & consilium impletatur, sed ut cor eorum aperiatur & intelligent, qui  
sint ueri hostes Ecclesie, in quos consultare, & cor commouere debeat, dos-  
nec enim ceci non uident, q nos ipsi egeamus castigatione, quomodo consul-  
tare possunt pro quo eorum consilio implendo, orate debemus. Inuenire ta-  
men est aliquot inter eos, qui ceci non sunt & rebus nostris consultum uelint,  
pro his dicamus & ardenter dicamus: Tribuat tibi dominus scdm cor tuum,  
& omne consilium tuum impleat, siue ut noster dicit, confirmet.

**Orationibus**  
nō uiribus cō-  
tra Turcas ni-  
tendum.

Lætabimur in salutari tuo, & in noë dei nostri magnificabimur.

Impleat dominus omnes petitiones tuas.

Impleat, hic dicit, cum idem uerbum superius, confirmet, reddiderit varius  
interpres. Verbum hoc, Lætabimur, psalmo. v, diximus significare latitiam uo-  
calem, seu iucunditatem uerborum, qua solent homines gaudium suum iacta-  
re: Sonatq hoc loco in exhortatione, tanq ab ijs dictum seu dicendum, qui pra-  
lium ineunt, & superba fiducia iactant auxilium domini super se in salutem,  
sicut illi Iudicum. viij. Clamauerunt, gladius domini & Gedzonis. Et quo mo-  
do Iosuæ. vij. Clamauerunt filii Israe & mox ceciderunt muri Hiericho. Et rex  
Abia. ij. Paralip. xij. eodem exemplo cum suis uociferans quinquaginta mi-  
lia occidit de filiis Israe. Sed & nūc etiam perseuerat usus militum, iactantium  
ducis sui nomen & gloriam ad animandos se aduersus hostes, prorsus cum  
affectione & ritum, sed pium & religiosum, hic uersus docet.

Hunc sensum confirmat uerbum sequens, magnificabimur, quod perperam  
a nostro redditum, a Hieronymo uertitur, ducemus choros, nec hoc sat. Alij,  
Insignes & nobiles erimus, dicunt. Volunt alij uerbum cafrese esse, Dæzel  
enim uexillum, seu insigne exercitus significat. Inde hoc uerbu, נִזְגָּול, signficare id, quod uexillum erigemus, seu si sic liceret dicere, uexillabimur,  
wollen panier vßwerffen, quod & ipsum est, opus primum in cœtum, unum  
solum uoce clament, sed & signa sua iacent, sicut uiri Gedzonis non solum  
tubis sonabant & uociferabantur, sed & lagenas, uice uexillorum complode-  
bant & iactabant.

Igitur in salutari tuo, id est, inuocata salute tua per fidem, Lætabimur & cla-  
mabimus lætantibus, & in nomine tuo, id est, inuocato nomine tuo, eadem fide  
uexilla

uxilla erigimus, hoc est, in virtute tua nō nostra, cū fiducia inibimus certamē  
cū omnibus hostibus nostris, Dñi em̄ est salus & uictoria. Idem aut̄ est salus,  
quod salutare, licet interpres libenter salutare soleant trāsferre. Q, si in bello  
prophano, adeo necessarium est, in salure dei uociferare, & in nomine eius ue  
xilla sustollere. Quāto magis hoc facto opus est, nostris Christianis ducibus,  
dum aduersus sp̄ititalia nequitiae in cœlestibus, contra prudentiam carnis &  
luxes pr̄lāiamur, ne nostra insignia, nostros titulos, nostrasq; imagines, &  
in nomine ac salute nostra iactemus, id est, philosophiam, humanas traditio  
culas, decreta, & alia portenta nostri nominis & uirtutis proferamus, sicut mo  
do faciunt pontifices ridiculi. Nostrum uexillum, uerbū crucis est, triumpha  
le signum, sanguine Christi purpuratum, quod Ecclesia Christi, quæ est terris  
ibilis sicut castrorum acies ordinata, opponit omnibus potestatibus tenebra  
rum. Extulisse enim aliud uerbum, est nihil aliud, q̄ puerorum more ludere in  
serijs seu furijs carnalibus.

Impleat dominus omnes petitiones tuas. Et hæc uox est exhortatoria cum  
fiducia euntis in pr̄xium, ac si dicat. Nos intus & in nomine domini, sub tuis  
signis militamus, tibiq; regi & duci nostro paremus, dominus autem, faciet  
quod suum est, & impleat petitiones tuas. Nostrum est nescire, quod furum  
est, & tamen tibi obedire, sic. iiij. Reg. x. Ioah princeps militia Davidi instructa  
utrinq; acie, in manu dei uictoriam ponens, ait, Pugnemus pro populo no  
stro, & pro ciuitate dei nostri, dominus autem faciat, quod bonum est, in con  
spectu suo.

Nunc cognoui, quoniam saluum fecit dominus Christum suum,  
exaudiens illum de celo sancto suo.

In potentatibus salus dextræ eius.

Ea qua haec tenus orauit, nunc in spem certissimam erectus plane promis  
tit propheta. Sic enim sibi p̄st infallibiliter persuadet fore, affectus, in deum  
plenissime fidens, qualem hæc uerba indicat, ac si dicat, En rem aggrediamur,  
& scimus certiq; uiuus, quia dominus saluabit Christum suum. Nec enim  
possibile est, ut non exaudiatur eum, qui tanta fide, talibusq; affectibus deo  
præsumit, quia non est cōfusio confidentibus in te, Daniel. iiij. Etipl̄ saluator  
esperantium, psal. xvij. Ideo dicit: Nunc scio, quoniam saluum faciet. Esse enim  
uerbum futuri temporis, cogit id quod sequitur, exaudiens illum de celo san  
cto suo, q̄d possit, per modum participij præsentis temporis uel nominaliter  
uerius, sic uerti. Nunc scio, quoniam saluans seu saluator dominus Christi sit  
exaudiens eum. Et ex supradictis, notum arbitror, hebreiam linguam, frequen  
tissime ac idiotismo propriissimo uti uerbo præteriti temporis, pro præsenti, ut  
hic, Nunc cognoui, id est, iam scio, seu nū factus sum sciens, si absoluto statu  
accipi placet.

Est autē uersus exhortatorius fidei constantiss, seipsum persuadentis, immo  
biur in salutari tuo, & in nomine tuo uexilla tollemus, simul certissimus est,  
sest nō derelinquendū, sicut reuera & certissimū est, id quod solus ipse sentit.  
Sic Paulus audet, Ro. viij. Certus sum, quod nec mors, nec uita &c. nos se  
parabit a charitate, quæ est in Christo. Et alibi, Certus sum, quia potens est de  
positum mecum seruare in diem. Cuius enim cor, dicit, Ego credo, infallibili si  
N. iiiij mul sequit.

TIO  
im tuum cōfirmer,  
nisi sua quæmer, sc̄ on  
nō uelit sua honeste &  
& ita pro causa eorum  
intelligunt orare, qui  
illis ipsi malis tyran  
ria contraria impl  
erzunt iniqui, præz  
rege suo orant, in  
uore Martes, qui con  
ſuiribus, quodcum  
ustantes, nesciu  
te, ut hodie res hu  
orari oportet, ut eoz  
& intelligant, qui  
souere debent, do  
ne, quomodo consul  
emus. Inuenire ta  
s consulim ueling,  
us sed in cor tuum,  
ime,  
agnificabimur.

reddiderit varius  
sc̄ificare ueritatem uo  
odium suum iacta  
dicendum, qui pr  
per se in salutem,  
onis. Et quo mo  
Hiericho. Et ex  
inqüaginta mi  
um, iacantium  
prorsus cum  
uod perperam  
hoc sat. Alij  
se esse, Dzegel  
הַנִּידָגֶל,  
uexillabimur,  
tūtum, ut non  
nis non solum  
m complodes  
bimur & cl  
eadem fide  
uexilla

mul sequela dicit, certus sum ita fore, sicut credo. Fides enim, si uera est in corde, adeo certe affirmat, id quod credit, ut nihil certius futurum esse, persuader possit, atque adeo iam scit, ac si factum sit, ideo hic non dicit, opinor, aut cogito, aut intelligo, sed scio, seu cognoui, quoniam saluum faciet, id est, certus & persuasus sum, Ut suo more Paulus loquitur, eodem tamen sensu.

*Certi simus de gratia.*

*Præteritum pro futuro.*

Hoc iterum argumentum est aduersus impios sophistas qui nos incertos faciunt, de gratia & charitate dei in nobis, garribentes temerari esse afferunt, nos diligere aut credere aut certos esse de opere dei super nos, cum nihil sit abominatus ista incertitudinis opinione. Vnde placet hebreus idiotismus, quo hinc uerbum, Cognoui præteritum (quo fides commendatur) cum uerbo futuro, Exaudiet (quo opus creditum significatur) componitur, ut obstruant os loquentium iniqua, & sciant, opera dei super nos futura, per fidem esse credentibus debere, ceu presentia immo præterita. Hinc enim prophetas frequentissime utuntur uerbis præteritis, præsertim in lingua hebraea, non tantum propter certitudinem (ut dicunt) prophetarum, sed magis propter ostendendam & docendam fidei naturam.

Et satis miror, cum fateantur in universum omnes articulos, de secundo adventu CHRISTI, de extremo iudicio, de æterna uita & infernali igne, esse certissimi futuros, & hereticos afferant, qui in his dubitent aut incerti sint. Similiter, si quis de creatione, incarnatione, & toto mysterio Christi præterito, dubitet aut incertus sit, hereticum statuant, cur audeant Catholicum afferere, si quis dubitet, se esse in gratia, se consequi misericordiam in sacramento, certissime & infallibiliter habere propitium deum, cum hic articulus sit primus omnium, ubi dicitur, Credo in deum patrem, omnipotentem. Cœci cœci sunt & duces eorum. De præteritis & futuris deo credunt, de presentibus non credunt. Nos autem cum propheta constanter & presenter dicamus, Nunc cognoui, quoniam saluum faciet dominus Christum suum. De uerbis cognoscendi, facundi, intelligendi, aliquid latius dicemus, de cœlo & sancto, dictum est uerbi, n.

In potentatibus salus dextra eius.

Et hoc uerbi est animosa fidei euntis & exhortantis, de auxilio dei futuro secure, ut si nostro more & sensu diceremus, Scio quod exaudier illum, & potenter saluabit eum. Est enim tropus hebreus: In potentatibus salus dextra eius, idemque sensus, qui psal. cxvij. Dextera domini fecit uirtutem. Hoc est, quando dextera dei saluat, non est ulla uirtus aduersaria, quia perdat, quia non solum potens est, seu in potentia salus, quam dextera eius facit, sed etiam in potentatibus, id est, multis modis potens. Nomine enim isto plurali, sicut barbare & absurde sonet latinis, exprimitur, eximia illa fides, quae deo tribuit, tantum uirtutem & sapientiam, ut non una, sed multis vijs possit salutare, etiam si ijs, qui laborant, nulla appareat. Miraque emphasis & epiphysis haber ea uox, plena affectu subbassimo, & de dei uirtute presumetissimo, *Eylas yn nur machē er witt vnd kan wol helfē.*

Potest ex heb. etiam sic reddi, Nunc cognoui, quoniam saluas dominus Christum suum, exaudiet illum de cœlo sancto suo, in potentatibus salutis dextra sua, Ut omnia pendeant a uerbo, Exaudiet, quod respondebit, etiam Hebreis sonat, ut sit sensus, Exaudiet illum potenter saluando, sua solius dextera, non hominum uirtute, Et sic sonat in abnegationem auxiliū humani, & emphasis est in uoce, dextra sua, qui sensus mihi ualde placet, tamen non longe uariat a priore,

*Christum suū,*

enim si uera est invenitum esse, perfundit opinor, aut cogitet, id est, census & pro sensu, s phiftas qui nos faciat, s temerari esse aliter, super nos cum nihil sit hebraus idem simus, endatur) cum tenet, ut obstruunt os per fidem esse certe, prophetie frequenter, non tantum proprie dendum & docere, de secundo ad ferme, nige, elle cer incerti sunt. Similis praeceps, du holicum asserere, si acramento, certius us sic primus omni caci sunt & du itibus non creditur. Nunc cognoui, cognoscedi fac dicitur est uerbi.

Christum suum, hic generaliter accipi oportet, pro rege, quod reges olim ungebantur. Auget autem & hoc ipsum uerbū orationis exaudiendz, & salutis danda fiducia. Nosse enim se esse diuinatus ad aliquod opus uocatum, ad fortiter & in flatu spiritū, Scit enim uolente & mandante deo, se agere, quod agit, tantū cauet, ne suis uiribus superbis, deo mandante contentus, nō etiā huius militer & in timore querat deum adiutorem, Sic enim psalmo. vii. erigit se idē propheta dicens: Exurge domine deus in precepto, quod mādasti, Quod hic breui uerbo, dicit, Christum suum, id est, quem, ipse unxit & regem cōstituit, & hoc quod agit agere uoluit. Inde David scribit, præliari bella domini, id est voluntate dei imposta & sibi demandata. Contra, qui uocati non sunt, prorsus in feliciter omnia tentant, sicut filii Israël monstrauerūt exemplo suo, Num. xiii. Ideo potius Christum suum, q̄ regē nostrū uoluit dicere, ut sele ari-

Vtinam, tales essent & nostri illi Turcarū uoratores, qui populum Christi, Turcarū uores corporū & animarū. Q̄ enim feliciter pugnauerimus haec tenus, auctum imperiū tam de uiribus, q̄ de iustitia, coram deo & hominibus superbentes, De men sanctum dei prætextimus, factisq; tum uerbis, tum factis, omnia presumimus, & tamen coronas martyrum secure pro his omnibus promittimus, O Regū adulatores. Certe David rex religiosissimus, licet potens esset uiribus, tamen hūc psalmum addidit, quo eruditus populum, qua fiducia quibusq; uiribus ueller de se presumi, stultū uulgi plausum, qui regibus suis nihil nō arrogat, coercēs, & ad diuinā misericordiā conuertes, ideo salus dextræ dei, in uirtutib; cū eo fuit, no bīscū autē gnocies sinistra nostra in infirmitatibus perseverat. Verū quid mirū in hac re bellica nihil cū David, nostris regibus esse cōmune, cum in fide Christi, sorte nostra prima, nihil nobis cum illo conueniat.

## Hi in curribus &amp; hi in equis,

Nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus.

Pulchra Eclipsis, quæ in Germanica lingua apte reddit, Sy mit rossen vñ ragen, subintelligit em uerbū, pugnāt uel præsumunt, Cōtentio quoq; insig nis est, fide pura & firma incedēs, illi in equis, nos in noīe dñi, illi in uirtute visibiliū, nos in noīe inuisibiliū, illi sensu, nos fide nūtimur &c. Quādo autem interpres, uoluit reddere, inuocabimus, rectius dixisset, Nomen domini inuocabimus, licet enim hebraus dicat, Inuoco in nomine domini, & audio in uoce domini, video in turba, latine tamen, Inuoco nomen domini, & audio uocē cit, memores erimus. Et Hiero. Nominis domini dei nostri recordabimus.

Mira uere exhortatio & congressio belli, ut hostes, equis, & curribus, iusti solius nominis dei memoria, armati pugnent. Magna certe fides, quæ rata au det memoria nominis domini. Habet & ipsum quoq; usus bellatorū usq; ho die, ut congressuri in memoriam reuocent, uel fortia facta patrum, uel priores uictorias, & alia quibus corda sua exhortentur & concident. Nostrorum autē principum est, nominis dei meminisse, in quo uniuersa salus & uictoria consistit. Proverb. xviiij. Turris fortitudinis nomē domini, in ipso currit (sicut ac cinctus in

cinctus in bellum) iustus & exaltabitur, id est, superabit & uictor erit, Cum autem in ipso, id est, in memoria & fide eius.

Emphasis autem insignis est, in uerbo, Memores erimus, nulli cognita, nill experto, sine dubio enim propheta hic experientiam suam signat. Quis enim putet, quenq[ue] sola memoria nominis domini uictorem fieri, nisi expertus fuerit? sed & q[uod] arduum id ipsum sit, ut nominis domini non obliuiscatur, quis crederet?

*Bellum internum.*

dat cum ibi urgeat mors, ignominia, conscientia & mille pericula, quibus ut multo uiolentioribus copijs intus oppugnatur cor, q[uod] corpus fons, ut distractum in præsentia & cirkūstantia & irruentia, amittat nomen domini. Neq[ue] satis est, semel ab initio cogitasse & inuocasse, sed perseveranti atq[ue] confidanti memoria meminisse oportet, usq[ue] in finem uictorio sum aduersus omnia terribilita & periculosa occursantia. Sicut enim impossibile est, ut nomen domini sue cumbat, cum sit æternum & omnipotens, ita impossibile, ut is cadat, qui in ipso hascerit & perseverauerit. Verum impius, in cuius auribus nomen dñi, apparet uile, ut quod sit, non nisi flatus & literæ transeuntes, h[ab]et tam grandia & insignia eius magnalia non capit, ideo relicto ipso, ponit canem brachium suum, confidit in homine, recedit cor eius a domino, confugiens ad baculum arundinis Aegypti, sicut de Saule dicitur, q[uod] mortuus sit in peccatis suis, quia in dominum deum Israel non sperauerit. Cetera mirabilia nominis domini, affectibus & experimentis relinquenda sunt, quādo uerbis & autibus ea nemo potest consequi.

*Evidentes fibi  
ip[s]is.*

Ipsi obligati sunt & ceciderunt:

Nos autem surreximus & erecti sumus.

Hoc non dicitur historice uel non solum historice, sed magis prophetice, immo fideleriter. Soli enim fidei, deo præsumenti, licet canere Encomium ante uictoriā & rumorē ponere ante salutē, ut cui prorsus omnia licent, dum em̄ credit, iam habet, quod credit, quia fides non fallit, sicut credit, sic fieri ei. Sic Moses, Exo. xiiij, trepidantem populum, ab insequentibus Aegyptijs roborat certissima uictoria, dicens: Nolite timere, state & uidete magnalia domini, quae facturus est hodie, Aegyptios enim, quos nunc uidetis, nequaquam ultra uidebitis, usq[ue] in æternum: Dominus pro uobis pugnabit, & uos tacebitis. Et ita factum est, Pharaone in curribus & equis præsumente, per aquā consumptus,

Pro, obligati sunt, melius Hiero, & hebraus, Incuruati sunt, seu incuruauerūt, absoluто uerbo, ut sonet defectū præsumentis de se uituit, quæ subtracta manu dei, in seipsa deficit & incuruatur, aduersario etiā non incuruante. In quo & antithesis pulchrius appetit. Incuruari enim & surgere opposita sunt, sicut & cadere & stare, quod erecti sumus hic dicitur. Porro, per incuruari & cadere, ita defectum, sicut per surgere & stare, profectum significat. Incuruari em̄ est, infirmari & cadere penitus uinci, surgere est præualere, & stare est uincere, quibus uerbis, rem uelut ob oculos ponit, & uelut coram gestam describit, ad prouocandam fidem in deum, sic enim res habet, ut primum incuruentur & tandem cadant, primum surgant & tum subsistant.

Sed quid hoc, qui fatetur aduersarios curuari & cadere, certe simul fatetur eos prius surrexisse & stetisse. Nunquid & pios, dum surrexiuros & statueros facit, simul indicat, prius curuatos & lapsos? Absit, uerba enim sunt fidei, defuturis tantum orationibus, securissime præsumentis, & rem ut geritur in oculis hominum.

& uictor erit, Cunctus  
nus, nulli cognita, nulli  
signata. Quis enim  
ierit, nisi expertus fuo  
bilinatur, quis cre  
pericula, quibus ut  
corpus foni, ut diffra  
en domini. Neq; fa  
no atq; continet me,  
rbus omnia temib;  
nomen domini sic  
scadar, qui in ipsa  
nomina dñi, appu  
am grandia & in  
em brachium suu,  
ad baculum arun  
tis suis, quia in do  
mini, affectu  
bus ea nemo po

agis propheticæ,  
Encomiū ante  
licent, dum em  
e fieri. Sic Mo  
sis roborat cer  
domini, quia fa  
ultra uidebitis  
Eccl. factum  
impo.  
acuauerūt,  
subtracta ma  
e. In quo &  
aut, sicut &  
ri & cadere,  
curari em eit  
est uincere,  
describit, ad  
uerunt &

imul fatent  
& staturos  
fidei, defu  
oculis ho  
minum

## IN PSALMVM.

XIX

435

minum pronunciantis. In congressu enim hostium, dum impij, fidunt in cur  
ribus & equis, uidentur certe surgere & stare. Contra pij in nomine domini fi  
dentes, uidentur uelut longe impares curuari & cadere. At fides, huic phan  
tasmati sensuali reluctata sic iactat. Etiam si illi surgent & stent in curribus & Fides contraria  
equis, nos uero curuemur & cadamus, sicut appetat, certi tamen sumus, muta  
ta paulo post rerum facie, eos qui surgunt & stant, curuando & casueros, nos  
autem, qui uiderem curuari & cadere, uere surrectueros & statueros, immo iam  
surreximus & erecti sumus. O pulchrum fidei exemplum.

Domine saluum fac regem.

Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

In nostra translatione, hic uersus potest, uelut epilogus, uel confirmatio ha  
beri, sed hebreus sic distinguit: Domine salua, rex exaudiat nos, die qua uoca  
bimus. In quo nescio quid mysterij lateat, non enim exaudi nos, sed exaudiat  
nos in tercia persona dicitur, sicut in principio psalmi. Exaudiat te, eadē perfo  
na, eodemque uerbo dixit. Rex etiam in nominativo ponitur nō in accusativo,  
Pronomen, te, in fine uersus non habetur. Ego si quid secreti habet, spirituali  
bus relinqu, simplicissimo sensu contentus, quo, deum ipsum, hic regem uo  
cari arbitror, in tercia persona, more hebraico, sicut & in principio psalmi. Ex  
audiat te dominus. Et Moses Numeri. xiiij. Magnifice fortitudo domini, si  
benedictio tua. Et Numeri. xxvij. Prouideat dominus hominem, qui sit super  
hanc multitudinem, id est, prouide tu domine. Et Gen. xxx. Ioseph ad Phara  
onem, prouideat rex uirum sapientem, Ita & hic, exaudiat nos ille rex, Ponit  
enim articulus note insignis, hoc est, tu exaudi nos, qui uere es, ille rex noster,  
Nam Daud qui ministrat tibi, non est rex, nec suum regnum regnat, sed tuū:  
Tuū enim lumen nos regnum & tu rex noster es, quo affectu, uehementer  
mouet, hoc est, mouere nos docet deum, qui tunc mouetur, quando nos moue  
mur. Quomodo enim non exaudiat quando regnum suum, res sua, gloria sua  
periclitatur? Hoc est, tunc nos ardentiſſime oramus, quando nos regnū & par  
tem rerum dei esse cōfidimus, tunc enim nō nostra quarimus, & certi sumus,  
non derelictum eum, rem qua sua & regnū quod suum est, prasertim inuo  
cantibus nobis, de quo affectu psal. viij. latius dictum est. Petet ergo hic uersus,  
generalem & perleuerantem salutē a deo hoc modo, Sicut iam saluasti & ex  
audiisti nos, ita fac, ut semper & quacunq; die inuocauerimus, salues & exau  
dis. Sic enim qui semel expertus est auxilium domini, optat illud perpetuum  
esse, metuens ne quando se deserat.

Exposuimus hunc psalmum, pro exemplo fidei, de rege quocunq; needum Alia exposi  
certum habeo, an legitimū sentium attigerim, quis enim, uexilla, equos, & tio psalmi de  
currus sonet, que cogere uidentur, ut ad externam pugnam trahas psalmum, Chriſto.  
non tamen ausim negare de Christo intelligendum, & de uexillis in spiritu  
eum loqui. Mouet me q̄ maxime cū multis alijs, psal. cix. in quo Christus rex  
sedere iubetur & in medio inimicorum dominari, & sceptrum eius emitte ex  
Zion, item reges terra cō quassari, & reliqua, que & si carnaliter sonent, tamē  
penitus in spiritu dicuntur & intelliguntur. Similia psal. lxxij. liceat adducere,  
Et psal. ii. Virga ferrea, in spiritu dicitur, ita & hic, uexilla facile fuerit in spiri  
tu accipere, Nihil enim obstat mihi, quo minus de Christo exponā, nisi quod  
allegoriam

allegoriam uitare propositum est, quodum fieri potest, tum qd in novo testamento, non allegatur hic psalmus, quemadmodum ceteri. Rursus psalmus sequens, valde urget se de Christo intelligi, & uerisimile est eum de eodem rege loqui, de quo hic loquitur, ut uidebimus.

Tutius forte fuerit, in iudicium & arbitrium lectoris, & alteram de Christo breuiter afferre intelligentia, qua in populi fidelis persona, qui carnalia bella nescit, propheta orat, pro suo quoque rege, qui cum eodem populo ipse dux belli spiritualis, pugnat aduersus potestates & portas inferi. Incopabiliter enim maioris momenti res est, certamen uerbi & fidei, quo colluctarnur non contra carnem & sanguinem, sed contra spiritualia nequit in cœlestibus, non pro uita aut rebus istis momentaneis, sed aeternis, hoc est, pro iustitia contra peccata & errores. Præterea quis nouit, an psalmus generali sententia utriusque aptetur? quod admodum illud, iij. Reg. vii. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, de Salomone simul & Christo intelligit. Et quædam alia Matt. cap. ij. Ut uos in Rama, de filijs transmigrationis & simul de paruulis ab Herode interfectis, Ponamus ergo ob oculos Christum cum turba martyrum, pro ueritate & regno dei certates & morientes, aduersus uiolentiam tyrannorum, qui uiribus & armis superiores fuerunt & tamen uicti sunt, & ex prædictis facilis erit successus. Eadem enim est fides, sed diuersa causa. Hic enim corporaliter succubunt Christus & martyres, illuc superant, utrobiusque eodem spiritu operante, qui pro Christo & sanctis interpellans gemitis inenarrabilibus, simul adiuuas eorum infirmitatem, dicit.

*Gemitus Christi & sancto rum.*

Exaudiat te dominus in die tribulationis. Cum enim nullus sit, qui consolat, solusque patiaris in die ista passionis tuae & tecum sancti tui, soletur te dominus & exaudiat saluum facturus ab inimicis, hoc enim affectu inenarrabili Christum & sanctos suos gemitus per spiritum, non est dubium, quo & nos in morte & tribulationibus, gemere oportebit.

Protegat te nomen dei Iacob, Nihil enim reliquum est, nisi solu nomē dei, cuius invocatione, uelut tenuissimo filo, ægerime pendere & seruari putatur salus patientis, cu omnia alia, non modo non seruet, sed perditibus cooperent.

Mittat tibi auxilium de sancto, At hoc ipsum mire discutiat, solo nomine dei horrere, & auxilium expectare non nisi invisibile & ab invisibili deo, qui in sancto separatisimo habitat. Et tamen spiritus, hoc gemitu adiuuat patientes, ut se expectant (& si maximo cum labore) auxilium ineffabile & innominabile sentiant.

Et de Zion tueatur te, Id est Zion, quod sanctum, ut diximus. Expectat enim, & nihil aliud potest, quod sentit se expectare robur de Zion habitaculo abscondito dei, quo non modo ferat, sed superet tandem tribulationem.

Memor sit omnis sacrificij tui.

Eius scilicet, quo te ipsum offers deo in mortem. Nam & hic, nisi gemebundus spiritus utcunq; suggesteret, nondum esse eos in oblatione dei penitus, certe infirmitas ipsorum, hoc ipsum quod patiuntur, & quose offerunt, reprobari & damnatum oblationi tradiri crederet. Sic enim caro murmuraret. Frustra patet, non erit aliquando deus memor huius sacrificij tui.

Et holocaustum tuum pingue fiat, Id est, abundans fructiferum & plenum fiat. Holocaustum autem hic, sicut & sacrificium in spiritu accipi oportet, ut diximus. Sic enim Christus se totum in cruce obtulit absumendum igne charitatis. Potest hic, pro omnis sacrificij dicti, totius sacrificij, sicut holocaustū, torum igne

Certamen uerbi & fidei.

um igne combustum, quo gemitu spiritus eos erudit, ut oreant & sperent, nihil  
frustra se se passuros, sed omnia grata, memorata & plena fore, id quod tam te/  
nisi spe expectant tribulati, maximè infirmi, ut magis optare quam sperare uidean  
turbib[us] ipsis.

Tribuat tibi sed[m] cor tuum;

Eromne consilium tuum confirmet, seu impleat.

Ethoc expectare eos facit spiritus, licet infirmitas eis dicit tam desideria  
irrita, quam consilia uana fore. Puto his quatuor uerbis, uim & naturam gemi-  
tus illius inenarrabilis, pulchre tradi, uelut praxi & exemplo quodam. Sequun-  
tur nunc latiora, uergente tribulatione in uictoriā.

Latabimur in salutari tuo, & in nomine dei nostri magnificabimur.

Impleat dominus omnes petitiones tuas.  
De ista iactantia & uexillorum erectione & superius diximus, sic enim Christus & Martyres sui, etiam si moriantur, confidunt sese in salute dei, ouare, iac-  
tare & uexillum sustollere, eo maiore fiducia praedicare & confiteri Christum,  
quo magis pramuntur, atque etiam si ipsi occidantur, alios, uice eorum, idem  
facturos confidunt, cum quibus ut unum corpus, ita eadem hanc uocem com-  
munem habent, nec dubitant impleri etiam iniitis tyranis, quae postulauit  
Christus. Quae postular autem psalmo. ij. Postula a me & dabo tibi gentes in  
hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Hanc enim postula-  
tionem obtinuit, ouantibus & uexillificantibus (ut sic dixerim) Martyribus,  
id est, cum fiducia confidentibus, praedicantibus, morientibus.

Nunc cognoui, quoniam saluum fecit dominus Christum suum.

Exaudiet illum de celo sancto suo,

In potentatibus salus dextra eius.

Exponatur ut supra, Saluum enim fecit Christum & exaudiuit, dum, multi-  
plicata Ecclesia, impleuit postulationes eius. Exaudiuit autem, in fortitudine  
salutis dextra lux, id est, quo modo solet dextra eius saluare, quae non saluat,  
nisi impotentes. Potens enim est deus in infirmis, bonus in malis, blandus in  
aduersis. Sic præsumi de deo docet spiritus adiutor infirmorum.

Hic in curibus & hic in equis,

Nos autem in nomine dei nostri memores erimus.

Satis ex prædictis patet sensus. Tyranni enim uiribus, Martyres sola nomi-  
nis dei memoria & assidua inuocatione uincunt.

Ipsi curuati sunt & ceciderunt,

Nos autem surreximus & stamus.

Sic enim Ecclesia creuit & firmata est, eo ipso, quo oppressa est. Et impij ty-  
ranni uastati, dum potentissimi erant, ut omnia hac experientia uidemus im-  
pleta, quanquam alii sint, qui cadunt Martyres, & alii qui surgunt fideles, tamen  
quia unus populus est, per Synecdochē uisitatisimam figuram in sacris lite-  
ris, id quod partis est, totum sibi uendicat, quamquam reuera & martyres in spiritu  
surgunt, dum multi in eorum fidem succedunt.

Domine saluum fac,

Rex exaudiat in die qua inuocauerimus.

Sensus idem, qui superius datus est.

Oo Psalmus